



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

pium ab ea parte edicti proficisci, qua
 Prætor edicit de in ius vocando. § *ult: in-*
stit: de pen: tem: litig. Et initium tamen judi-
 cii est litis contestatio. *L. un: C. de lit. cont: L.*
2. C. de jure iur: L. 14. C. de iud: L. ubi acceptum
30. ff. eod: Hæc non sunt contraria, Cuiac.
L. 9. obs: 21. Duar: ad L. 7. §. 1. de pact: Gail: 1.
obs: 74. Finis iudicii rectè sententia dici-
 tur. *L. 1. ff. de re jud: nec obest, quod appel-*
latione suspendi possit res iudicata. L. un:
ff. nih: nov: appel: interpos: L. 3. 12. 13. C. de
appel: quod provocatione condemnatio
extinguatur. L. 1. §. ult: ff. ad S. C. Turpil:
L. furti: 6. §. 2. ff. de his qui not: infam.

16. Interdum pro iudicio fors est, cuius
 usus quandoque certis conditionibus li-
 citus est. *L. in tribus 13. & L. seq: ff. de iudic:*
L. 5. ff. familia ercisc. Ridicula verò, & in-
 epta Pantaguelini illius ratio fuit, qui, ut
 Duarenus memorat ad *tit: de iud: cap: de li-*
tig: omnia forte dirimebat, uno scilicet iac-
 tu universam damnans jurisprudentiam.
 Frontonis autem Danorum Regis impia
 atque immanis fuit vecordia, qui, Saxone
 Grammatico teste, lege latâ omnes con-
 trover-

trover-

versias qualescuncque eæ essent, singulari pugna dirimi iussit. Cuius impietatis notâ laborat etiam Federici I. constitutio de pace tuenda. 2. Feud: 27. Cur enim in vulnera, & cædes eos patiamur ruere, quos Prætor iurisdictione suâ potest componere. L. si cuius: 13. §. æquissimum: ff. de usufruct: Alciar: de singul: certam.

17. Fatemur tamen non deesse casus, quibus sine iudicio ipsi quasi jus nobis dicimus, cum nimirum aut serum est leges expectare, aut publica devotio id postulat. Ita desertorem militiæ, transfugam nocturnum populatorem agrorum, latronem seu viarum obsessorem impunè occidimus L. 1. & 2. C. quand: lic: unic. vind: se vel publ: devoc: L. 3. §. ult: ff. ad L. Cornel: de Sicar: Denique quicumque aggressor vitam nostram appetit, eum impunè occidere licet, si modò aliâ ratione periculum nullatenus effugere possumus. L. Scientiam 4. §. qui cum aliter ff. ad L. Aquil: L. vi vim ff. de iust: & jur: L. 3. §. eum igitur ff. de vi & vi arm: cap: significasti, & Clemen: si furiosus de homicid: docetque ipsa naturalis ratio, ut videtur est apud Tullium Orat. pro Milone.